



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Diabolus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

* Vide Syl. cap. 17. nu. 181.

Detractio, vide Contumelia, Diabolus.

1. **C**um Diabolo non licet colloqui, aut agere, nisi vt cum hoste: cum eo tamen colloqui in arreptitijs seu dæmoniacis vanè, & curiosè, veniale solum peccatum est. Nec illicitum est ab eo aliquid interrogare, solum ad aliorum vtilitatem, modo absit societatis cum illo, aut familiaritatis animus: nam amicitia cum eo quæuis, mortale est peccatum.

* *Sot. l. 8. q. 3. ar. 2. § Cum hoste. § duobus modis. 1. eijciendo exorcismis. 2. compellendo ad aliquid faciendum; vt Simon, & Judas coegerunt dæmones ad statuas confringendas. Sot. l. c.*

Amicitia § *Sot. 16.*

Addit. § Dæmonem appellans impetu, vt cui maledicetur, asportet vix à p. m. excusatur. *Sot. l. 5. q. 12. art. 1.*

Longa inire colloquia cum dæmone periculosum, vnum, aut alterum verbum dicere non est p. m. *Sot. l. 8. p. 3. art. 2.*

A dæmone mendacij patre non est petendum signum; vt scias, vnde veniat, vel quomodo non sit amplius vexaturus hominem, à quo fuit eiectus. *Sot. l. c.*

Dæmon à sanctissimis viris solum interrogandus. *Sot. l. c.*

Addit. § Diaconus ex officio nullum Sacramentum

mentur
31. art. 2.

1. D
pi
2. Non
vacante
ficium
c. 10. de r

Dispensa
comm

1. IN du
est h
ad caute
dam pro
* De di

p. 2 in 4. l
gibus c. 12

2. Cum
peccare p
quando c

* Vide
3. Data f
sit causa l

mentur

DIMISSORIA.

143

mentum conferre potest. *D. Th. Add. ad 3. p. q. 31. art. 2.*

DIMISSORIA.

1. **D**imissoriae litterae validae sunt etiam Episcopo mortuo.

2. Non possunt autem dari à Capitulo sede vacante, nisi post annum, aut si quis ob beneficium cogatur ordinari. *Ex Conc. Trid. sess. 7. c. 10. de refor.*

Discere, vide Fides.

Dispensatio, vide Confessor, Episcopus, Excommunicatio, Gratia, Iuramentum, Matrimonium, Ordo, Votum.

1. **I**n dubio an res egeat dispensatione, potest Episcopus declarare non egere vel ad cautelam dispensare secundum quorundam probabilem sententiam.

* *De dispensatione nonnulla Couar. c. 6. §. 9. p. 2 in 4. Decret. Azor. l. 5. c. 15. Carbo lib. 7 de legibus c. 12.*

2. Cum subest causa dispensandi, videtur peccare Praelatus, qui potest, si non dispenset, quando oportet.

* *Vide Syl. Dispensatio 3.*

3. Data facultas dispensandi, intelligitur si sit causa legitima.

G

4 Ad